

EXERCITIUM ACADEMICUM
De GENUINIS

CRITERIIS DIVI- NÆ REVELATIO- NIS

CERTITUDINEM EJUSDEM APODICTICAM
EVINCENTIBUS,

Cujus PARTEM PRIOREM,
*adprobante Ampl. Facult. Philosoph. in illustri
ad Auram Atheneo Regio,*

PRÆSIDE

VIRO Maxime Reverendo & Amplissimo

DN. JOHANNE
BROWALLIO,

S. Th. Doct. & Philol. Nat. PROFESS. Reg. & Ord.
Fac. Phil. h. t. Decano,

Ad publicum Eruditorum examen modeste dñfert
ALUMNUS REGIUS

CAROLUS FRIEDERICUS MOLLERUS
Iawas. Fenn.

Loco horisqve ante meridiem solitis
die 6. Martii 1742.

ABOAE, excud. JO. KIEMPE, Reg. Ac. Typ.

S:æ R:æ M:tis
Magnæ FIDEI VIRO,
Diceceles Aboënsis
EPISCOPO
&
Regiæ Academiz
PRO-CANCELLARIO
eminentissimo
Reverendissimo Patri ac Domino

D:N. JONÆ FAHLENIO
S. S. Theolog. Doctori

MÆCENATI MAXIMO

O B maxima
sibi præstita beneficia
pio libamine
in documentum
submissæ venerationis
Cum
omnigenæ felicitatis & prosperitatis
voto
has tenues pagellas
humillime consecratas cupit
REVERENDISSIMI PATRIS
Devotissimus eius
CAROLUS FRIED. MOLLERUS.

VIRO summe Reverendo atque Ampliss.

DN. ANDR. BERGIO

S.S. Theol. Doct. ac Prof. Prim. Archipræpos. & Past.
Eccle. Svecan. Aboëns. & Nummens.

MÆCENATI MAGNO.

VIRO Max. Rev. atque Ampliss.

DN. JOH. WALLENIO

S.S. Theol. Doct. atqve Profess. Reg. & Ordin. Past.
Eccle. Fenn. Abéons. Venerand. Facultat. Theolog.
Decano h. t. maxime spectabili.

MÆCENATI MAGNO.

Vereor ne forte nimie incurram audacie censuram, quod
Nomina Vestra, Mecenates magni, exiguis bisce pagellis
prefigere sustinuerim; sed extorsit mihi hoc pietatis officium
magna, qua omnes Missis litantes prosequimini benevolen-
tia, cuius egris precipue tam insignia expertus sum documen-
ta, ut indigentiam vestram nunquam satis venerari, nedum
digne predicare queam. Cum vero nil habeam, quo tan-
gorum in me meritorum magnitudinem assequi queam,
ad pedes vestros, Mecenates Magni, in gratissimi animi signum
hoc qualecunque specimen Academicum humillime devoleso;
quod blanda non modo adspicere fronte, verum & in poste-
rum spes fortunasque meas vobis commendatissimas habere
signemini. Quod si mihi contigerit, fortuna mee, hac tenus
satis afflita, serenor confido exorietur aura. Pro Vestro di-
cissim Vestrorumque perenni flore atque incolumentate, sum-
mum Numen ex intimis cordis adytis rogare nunquam in-
termittam.

Sum. Reverend, atqve Ampliss. Nom. Vestrorum

Cliens humillimus

C. F. MOLLERUS.

Nobilissimo

Dn. JOHANNI HEN-
Capitaneo ma-
PATRONO:

Viro admodum Reverendo atque Praclarissimo

Dn. ISAACO ROSS,

Facultatis Theologicæ Aboensis Adjuncto dexterrimo, Pa-
stori Ecclesiæ, qvæ Deo in Maria & Paatis colliguntur
dignissimo, Futori & Promotori multis nominibus colendo.

Flurimum Reverendo atque Praclarissimo Domino,

Mag. HENRICO ALANO,

Pastori in Wehmo & Localax longe meritissimo, Avancu-
li loco qvavis observantia ad urnam usqye colendo..

Experientissimo Spectatissimoque Domino,

Dn JONÆ SYNNERBERG,

Pharmacopolæ urbis Aboensis sollertissimo, Futori qva-
vis observantia prosequendo.

NE miremini, Patrone & Fautores magni, quod exigua-
re namque me & beneficia buc usque mibi praeflita.
Fautores hoc qualemunque specimen Academicum in signu-
at, offerentis tamen animum sincerum prodit; saltē era-
sum est eritque pro vestra Vestrorumque incolumitate ardentissi-

Honorificentiss. Nomi-

Cultor

¶. &

C E MOLTERUS

Domino

RICO AHLGREEN,

xime strenuo

MAGNO.

Viro Plurimum Reverendo atque Preclarissimo,

Dn. PETRO WIIDBOHM,

Pastori in Cangasalz & Cuhmalaz meritissimo Avunculi Iosco qva par est observantia jugiter suspicioendo.

Plurimum Reverendo atque Preclarissimo Domino,

Mag. ANDREÆ SALOVIO,

Pastori in Sahalaz meritissimo, ut antea studiorum meorum moderatori tolleratissimo sic perenni pietatis Zelo etatem suspicioendo.

Spectatissimo ac Prudentissimo Viro,

Dn. GABRIELI MELART,

Prætori territoriali in superiori parte S: x: m: æckensi ad curatissimo, Fautori æstumatissimo.

*hasce pagellas Nominibus Vestris dicatas esse voluerim; alle xe-
G simul spes ulterioris Favoris. Suscipe itaque Patroni G
gratissime mentis; quod licet beneficiis Vestris haud responde-
go hoc ipso ingrati animi censuram me effugisse spero. Me-
mis Deum defatigare precibus, permanens*

num Vestrorum.

indefessus:

R.

CVR: LUDWIG: WOLFGANG:

Handelsmännerne i Stäckstaden Åbo,
Chreborne och Högwålachtade Herrar,
Herr JOHAN WITTFOOTH,
Herr JOBST N. SCHULTZ,
Herr GEORG HAVEMAN,

Samt

Gull och Silwer arbetaren der sammastådes

Chreborne och Kensterfarne

Herr DANIEL HALL,

Min Högtårade Herr Frände

Samtelige mne Högtårade Wålgynnare.

Särde Herrar som Chr
Söken uti dygdens pris
Och i åhrbarhetens Regel
Agen til Chr frågd bewtts.
Låt Chr tåcas dessa bla'n
Chr förmestet Skrifte gifwer
Wizord, och tilbaka drifwer
Talmuds Skräck samt Alto
ran.
Uthaf ämnez tråfflighet
Lärer gäfwan winna tycke,
Fast det är längt mera mycke
Som jag Chr mig skyldig
wet.
Dagen detta gunstigt an

Til ett prof af wördsamt sinne
Som Chr godhet har i minne
Och Chr gunst ej glömma kan
Om Chr gunst här efter wil
An dra' om torg för min lycka
Skal ej någon se'n förtyska
At jag Chr den skrifte til.
Förr skal Solen blifwa fall
För stu Strömmar li dta vinna
För'n min Lärle lychtar brinna
Ell' min wörbnad blifwer all.

Högwålachtade Herrar Handelsmän och min Högtårade Herr
Frändes, Samteliga wålgynnare.

Hörsamste Tienare
CARL. FRIEDRICH MOLLERUS.

PRÆFATIO.

NON h[oc] heic B. L. actum agere & soli, q[uod]d ajunt, lucem
fænerari prolixo demonstrando Philosophia in Theo-
logia utilitatem, quam omnes agnoscunt & res ipsa lo-
quitur. Experientia etiam, optima rerum magistra, docet
intricatissima sapere dubia & nodos sanx Philosophia
ope solutos esse. Sacra quidem Script: & ei innixa Theo-
logia sibi satis ipsi sufficit, quando scilicet res est cum
illis, qui ejusdem autoritatem & efficaciam admittunt,
sed præterquam q[uod] argumenta philosophica multem o-
pis & illustrationis etiam credentibus subministrant; q[uod]
consilii capiendum, ubi cum Atheistarum, Naturalistarum
& aliorum c[on]fuscemodi prædictæ frontis hominum turba
sgendum est, q[uod] veritatem Scripturæ sacrae sunto nisu
proculcare allaborat? certe si q[uod] ærelis illorum satisfacere
voluerint, principiis utendum est, q[uod] ipsi agnoscunt,
& convincendi sunt rationibus ex ratione petitis. Proinde
licet salus nostra nitatur sola convictione a posteriori,
maxime tamen necessarium duxerim, ut qui supra vulgus
sapere voluerint, convicti sint de indubia S. S. verita-
te non tantum a posteriori, h[oc] e ab efficacia ejus interna,
sed etiam a priori, q[uod] sit vi demonstrationis;
de hoc autem convictionis modo est q[uod] præsentim
egimus in præsenti dissertatione. Ostendimus namq[ue],
quænam genuina illa criteria sint, q[ui]ibus certo cognoscere
possumus nostram Revelationem vere Divinam esse
omnesque alias, falsas spurias & suppositicias. Ut vero
statim & ab initio, quantum quidem fieri poterit, intelli-
git B. L. q[uod] a nobis præstitum sit, brevem opellæ
recensionem heic instituere luet: de eo in primis sollici-
ti fuimus, ut ostenderemus ex universalibus principiis u-

niver-

niversalem hominum corruptionem & miseriam. De monstravimus etiam summam Numinis bonitatem & misericordiam erga humanum genus; hinc deinde inferimus existentiam Revelationis, & tandem eruere conamus Criteria, qvæ ratio perspicit requiri ad Revelationem, si ejus auctorem D. T. O. M. agnoscat. Et his absolvitur particula dissertatiuncula nostræ primæ reliqua, qvæ in hac materia nobis dicenda restant, recensionem nimirum dogmatum 4. religionum, applicacionem criteriorum ad Revelationem veram, argumenta adversariorum cum fontibus solutionum & recensionem demum Criteriorum probabilium, parti, si ita tulerint rerum facta, posteriori reservamus. Methodum qvod attinet, qvalem vides adhibui, ut eo clarius ob oculos ponerem qvæ rationi & veritati congrua esse deprehendi; præterea fateor me quidem magis in vocabulis & loquendi formulis respexisse ad eas, qvæ adecuratius res ipsas exprimerent, quam ad lepores Ciceronianos, quibus delicati delectari solent; sed id mihi injunxit illa philosophandi ratio, qvæ non tam dicentis auctoritate nititur, quam dictorum veritatem ponderat. Nunc Tuum erit C. L pro ea, qva polles æquanimitate benigniori oculo ea respicere mitiusque interpretari, qvæ minus commode a nobis dicta fuerint; præsertim cum ingenii mei tenuitas non permiserit singula ad eam perfectio-
nis limam, quam suo jure exposuit materiae hujus sublimitas, examinare. Invides & malos non moros, qui etiam optima sugillant.



I. N. J.

§. I.

*O*nus homines sunt transgressores Legis Naturalis.

Demonstratio, Lex Naturalis est regula actionum cuius ratio continetur in Dei, hominum & rerum extra nos essentia, & juxta quam debemus actionum nostrarum motiva sumere ex attributis Divinis & actionum intrinseca bonitate adeoque naturæ congruenter agere; Sed qui modo attentionem debitam adhibuerit deprehendet nos omnes homines quam sapissime actionum nostrarum motiva non sumisse ex attributis Divinis, & actionum intrinseca bonitate, & per consequens easdem cum attributis Divinis & rerum natura non convenire. Eo autem ipso Legi Naturali congruenter non egimus, ac proinde ejusdem transgressores sumus.

A

Cor

Corollar. Consistit ergo Legis Naturalis violatio in disconvenientia actionum cum Attributis Divinis & hominum rerumque natura, & sit vel commissione vel omissione.

S. II.

Actio Bona dicitur, quæ cum Lege Naturali convenit. Mala, quæ cum eadem non convenit.

S. III.

Ratio, saltem proxima, cur homines sint Legis Naturalis transgressores, est confusa cognitio boni & mali.

Dem. Etenim ea est indoles humanæ naturæ, ut semper bonum appetat, malum vero averetur. Cum itaque homines sint transgressores Legis Naturalis (§. I.) conseqvens est, eos quoque respuisse conservationem illius; respunt vero, quoniam sibi eandem tamquam malum aliquod repræsentarunt, (quo in sensu etiam minus bonum rationem mali obtinet) ratio vero, cur conservationem Legis Nat. tanquam malum sibi repræsentarunt homines, est ignorantia notarum, quæ evincunt ejus beatitudinem; Etenim si has notas sibi habuissent perspectas, ceteris paribus, non potuere non Legem N. servare; Ratio itaque cur conservatio-

3

nem *Legis N.* tanquam malum sibi repræsentarunt homines, est defectus notarum bonitatem ipsius evincentium; defectus vero notarum est cognitio confusa (p. det.) E. in cognitione confusa boni continetur ratio, cur conservacionem *Legis N.* tanquam malum nobis repræsentamus.

Similiter quoniam Legem *Natura* transgressimus, sequitur nos transgressionem *Legis N.* nobis tanquam bonum repræsentasse; ratio vero, cur malum, puta transgressionem *Legis N.* nobis tanquam bonum repræsentamus est defectus notarum turpitudinem ipsius evincentium; defectum vero notarum appellamus cognitionem confusam. E. in cognitione confusa mali continetur ratio, cur transgressionem *Legis N.* tanquam bonum nobis repræsentavimus. Cum itaque in cognitione confusa boni lateat ratio, eur conservationem *Legis N.* repræsentamus nobis tanquam malum aliquod, & in cognitione confusa mali continetur ratio, cur transgressionem illius nobis tanquam bonum repræsentamus, ac ea propter conservationem *Legis N.* avertemur, transgressionem vero appetamus; vel, quod idem est, Legem *N.* transgrediamur; E co-

4
gnitio confusa boni & mali est ratio transgres-
sionis *Legis Naturalis.*

Coroll. Cum itaque omnes homines sint transgressores
Legis N. (§. 1.) & transgressio Legis Nat. pendeat a co-
gnitione confusa boni & mali (§. 3.) seq. omnes ho-
mines gaudere cognitione confusa boni & mali.

§. IV.

Esentialis hominis perfectio consistit in con-
sensu generali facultatum; etenim in ge-
nere voluntatis inclinatio est pro repræsentatio-
ne intellectus; & si facultates animæ cognos-
citives respexeris, eo tendunt, ut earum ope
cognitionem rerum Divinarum humanarumque
nobis acquirere valeamus, voluntatis vero ope
ea eligere possimus, quorum motiva desumpta
sunt, ex intrinseca actionum bonitate & ex attri-
butis Divinis. Datur itaque consensus inter fa-
cultates animæ, quam perfectionem hominis es-
sentialis nuncupamus.

Accidentalis vero hominis perfectio consistit
in eo, ut cognoscamus eas veritates, quarum
ope bonum verum a malo vero distingvere pos-
sumus, & voluntas nihil appetat, nisi quod bo-
num re ipsa sit.

§. V.

Miser est, qui tantis laborat imperfectionibus, ut ipse eas removere nequeat; ideoque ad eas perfectiones pervenire non valet, ad quas per essentiam suam determinatur.

Omnes homines tantas habent imperfectiones, ut eas ipsumrem removere nequeant.

Dem. Qvum omnes homines sint transgressores Legis N. (§. I.) conseqventer ea commiserunt quæ Lex Natura prohibet; (Coroll. §. cit.) sed cum ea, quæ Lex N. vel prohibet vel præcipit, tendunt ad nostram propriam perfectionem (per princ. Phil. Mor.) sequitur omnes homines continue perfectioni suæ contraria fecisse, vel qvod idem est, ad imperfectionem suam contendisse; qui vero continue ad imperfectionem suam tendit, non potest non summis laborare imperfectionibus, homines vero ita. E. quod erat unum.

Cum vero omnibus id curæ cordique esse debeat, ut imperfectiones suas removeant, sequitur remotionem imperfectionum esse finem ad quem adspirare debent mortales; ad finem vero obtinendum uti debemus mediis eidem

convenientibus; prouide debet adesse ratio suff.
 remotionis imperfectionum; illa autem ratio
 contineri debet vel in homine ipso, puta, essen-
 tiali eius perfectione, vel in miseria ejus; in
 essentiali perfectione contineri nequit; consistit
 enim in contentu facultatum. (§. 4.) Sed cum
 facultas involvat tantum possibilitatem agendi,
 & tamen ex mera possibilitate non intelligi pos-
 sit, cur aliquid sit, (a posse enim ad actu
 non valet consequentia) sequitur etiam ex facul-
 tibus nostris, h. e. ex essentiali nostra perfe-
 ctione intelligi non posse, cur imperfectiones
 nostras actu removere possimus, h. e. quomo-
 do finem propositum obtineamus; neque ratio
 suff. cur imperfectiones removere valimus con-
 tinetur in ipsis imperfectionibus; tum enim es-
 sent & non essent simul imperfectiones; essent,
 p. def, & non essent, quoniam inservient ho-
 no fini obtinendo; quod cum absurdum sit,
 & contra princ. contradictionis, sequitur ratio-
 nem suff. contineri non posse in in imperfectio-
 nibus hominum; si jam ratio suff. nec in es-
 sentiali hominis perfectione, nec in miseria ejus
 continetur, sequitur homines destitui medio,
 quo remotionem imperfectionum h. e. finem
 obti-

obtineant; qui vero medio deſtituitur quo ſinem allequi poſſit, iſ ſinem non obtinet; homines ita. E. iplimēt non poſſunt avertere imperfectiones ſuas, quod erat alterum demonſtrandum.

§. VII.

Omnis homines ſunt miſeri.

Dem. Omnes homines tantis laborant imperfectionibus, ut eas ipli removere non valent, §. 5. 6. licet per eſſentiam eorum fuerit poſſible ut pervenirent ad maiores maioresque perfectiones §. 5. Qui vero tantis laborat imperfectionibus ut eas ipli removere nequeatur, Miſer eſt. §. 5. ergo patet omnes homines eſſe miſeros,

Coroll. Ex his luculenter colligi poſſet miſeriam hominis conſiſtere in transgressione Legis N. Et enim inde reſultat omnis noſtra imperfectione, qvam iplo actu removere non valemus.

§ VIII.

Quamdiu homines conſtituti ſunt in miſeria tamdiu DEUS eſt iratus.

Dem. Quamdiu enim homines ſunt miſeri actiones illorum non conueniunt cum Lege N. miſeria namque hominis conſtituit in violatione

Le

Legis N (Corol §. 7.) actiones vero Legi N. repugnantes appellamus malas (§. 2.) Quamdiu vero actiones nostræ male sunt tamdiu Deus voluntatem habet easdem puniendi, (p. princ. Theol Nat.) voluntas vero in Deo puniendi malum, dicitur ira E. Quamdiu suspiras miseri tamdiu Deus est iratus.

Coroll. Patet ideo rationem suff. cur Deus nos puniat esse actionum nostrarum malitiam.

§. IX.

Ira Dei cessat si miseria nostra remotâ fuerit.
Dem Cessante namque miseria cessat violatio Legis N. (Coroll. 7.) Cessante violatione Legis N. adest nulla turpitudo actionum (§. 2.) consequenter nec datur ratio suff. puniendi (Coroll. §. 8.) & cum nulla adsit ratio puniendi cessat ira dei (per definit.) Deus enim nil agit sine ratione suff. (per prin. rat. suff.) Et si miseria remota fuerit ira Dei cessat.

Coroll. Remotio itaque miseriae est medium avertendi iram Dei.

§. X.

REmotio miseriae est medium obtinendi felicitatem perennem.

Dem. Qvum ex continua progressione ad majores maioresque perfectiones, durabilis voluptas

& ex

& ex durabili voluptate perennis oriatur felicitas, sequitur eum promovere perennem felicitatem, qui continue ad maiores maioresque perfectiones ascendit; illum vero non promovere, qui continue imperfectior evadit; jam vero omnes homines sunt miseris (§. 7.) ideoque continua imperfectionibus laborant, quæ felicitati obstant. Si itaque perennis felicitas promovenda est, miseria primum removeri debet; nam hæc rationem continet cur imperfectiores evadimus; prout continua progressio ad perfectiones rationem continet cur voluptas nostra perdurabilis sit, & hæc, cur ad perennis felicitatis fatigium ascendere queamus; hinc in remotione misericordia ratio sita est cur perennem felicitatem nanciscamur. Id vero quod continet rationem cur finem obtinimus dicitur medium (p. prin. Ontol.) E. Remotio misericordia est medium obtinendi felicitatem perennem.

§. XI.

Homines miseri non possunt promovere felicitatem suam perennem nec iram Dei avertere.

Demus, Cum remotio misericordia sit medium obti-

nendi felicitatem perennem (§. 10.) conſequens eſt, cum promovere felicitatem perennem, qui removet miferiam; aſt cum homines ſint miferi, (§. 7.) ideoqve miferiam ſuam avertire nequeant (per def. miferia §. 5.) conſeqvens eſt eos promovere non poſſe felicitatem ſuam perennem, deſtituuntur namque medio ad finem obtinendum neceſſario.

Eodem modo demonstratur eos non poſſe avertire iram Dei; cum enim remotio miferie ſit medium avertendi iram Dei (Coroll. §. 9.) & homines eo deſtituantur, miferi enim ſunt (§. 7.) E, nec iram Dei avertire poſſunt.

§. XII.

Ratio p̄cipua cur miferiam removere non valemus, continetur in ignorantia earum veritatum, que rationem docent miferiam acta a nobis removendi.

Dem. Qvum ratio ſuff. cur imperfectiones noſtras removere valeamus, non contineatur in homine inque illius eſſentiali perfectione (§. 6.) ſequitur illam exiſtere debere extra hominem, h. c. in accidentalis illius perfectione; accidentalis vero illius perfectione conſiſtit in cognitio-

neearum veritatum qvarum opebonum verum a
malo vero destingvere possumus, ita ut volun-
tas aliud non appetat, nisi qvod bonum ve-
rum, & nihil avergetur nisi qvod malum verum
sit (§. 4.) ast cum homines careant cognitio-
ne distincta boni & mali, careant etiam necesse
est perfectione accidental Coroll. §. 3. E.

Coroll. Ratio itaque cur miseriam removere non posse-
mus est, qvod careamus perfectione Accidental, h. e.
veritatibus, quibus voluntas non nisi bonum appetat,
eoqve ipso miseriam avertat.

§. XIII.

Quoniam Deus est Ens perfectissimum, con-
sequens est, ei etiam competere summam bo-
nitatem, h. e. perfectionem, qua vult tantum
boni cum omnibus Entibus intelligentibus commu-
nicare, quantum per essentiam unquam qriverint
recipere.

SCHOL: Hanc præsentem propositionem ex Theologia
Naturali præsupponimus, ideoqve illius evidentiam lon-
ga demonstrationum serie vindicare propositi ratio non
permittit.

§. XIV.

Quoniam per essentiale nostram perfectio-
nem id nobis inest, ut continue incre-
menta capere possumus in illis, qvæ statum no-
strum

strum perfectiorem reddunt. (§. 4.) hinc facile quisquis videt, hominibus inesse facultatem bonum a Deo recipiendi.

§. XV.

Deus exercuit misericordiam suam in homines.

Dem. Quoniam Deus est summe bonus, ideoque vult tantum boni cum omnibus Entibus intelligentibus communicare, quantum per essentiam eorum possibile illis est recipere (§. 13.) & homines per essentiam sunt boni capaces (§. 4.) Consequens est Deum etiam hominibus miseris praestitisse bonum; voluntas vero bonum miseris praestandi dicitur misericordia, E. Deus misericordiam suam in homines exercuit.

§. XVI.

Ad avertendam hominum miseriā utitur Deus mediis.

Dem. Quoniam is qui vult finem vult etiam media (per prin. Ontol.) Deus autem vult avertire hominum miseriā [§. 15.] E. hinc fini obtinendo media velit necesse est convenientia.

§. XVII.

§. XVII.

Revelare aliquid is dicitur, qui veritatem ante incognitam alicui cognitam reddit; adeo ut Revelatio sit actus, per quem veritates quasdam hominibus quispiam cognitas reddit; Et cum hoc vel mediate vel immediate fiat, revelatio etiam est vel mediata vel immediata.

SCHOL. Talem revelationem Deo possibilem esse, satis superque ex illius omniscientia & omnipotentia concludi potest; & qui plura hac in re desiderat, audeat Wolffium in Theol. Nat. Lat. §. 449.

§. XVII¹.

Misericordia nostra alio modo averti non potest quam per revelationem Divinam

Dem. Homines misericordiam suam removere nequeunt, propter ignorantiam veritatum rationem sufficiunt, in se continentium remotionis misericordiae §. 12. Si itaque Deus vult ut misericordiam removeamus, sicut etiam ut cognoscamus veritates illas, per quas misericordia removetur; eas vero a nobis metu ijsis cognoscere non possumus. (§. 4.) E. aliunde; si vero alius eas nobis cognitas reddet, sequitur misericordiam alio modo removeri non posse quam per revelationem; quae cum primam ad Deum referat originem merito dicitur Divina.

§. XIX.

Datur *Revelatio*.

Dem. Cum hominis miseria alio modo averti non possit quam per revelationem (§. 18.) & Deus propter summam suam bonitatem velit avertere hominum miseriam (§. 15.) ad avertendam vero hominum miseriā utatur mediis (§. 16.) & revelatio sit medium avertendi miseriā (§. 18.) *E.* Datur *revelatio*.

Coroll. Bonitas itaque Divina & miseria hominis continent in se rationem sūf. cur Deus revelationem desiderit.

SCH. Si quis adhuc urgere voluerit ex iis, quæ a nobis prolata sunt, non dum apodictice concludi posse ad revelationem quandam vere Divinam, talem spero concedat probabiliter idem a nobis evictum esse; sufficit autem, si hæc nostra demonstratio ansam subministraverit per veræ *Revelationis* criteria in hanc ipsam veritatem, de qua termo est, inquirendi; in sequentibus enim, cum *Divinæ* *revelationis* criteria demonstrata fuerint, & eorum applicatio ad certam aliquam *revelationem* facta, non poterit non apodictice & prono quasi alveo inde fluere non tantum actu dari *revelationem* aliquam vere Divinam, sed & illam *revelationem*, cui hæc competunt, esse vere Divinam.

Motivum est id quod in se continet rationem suffic. cur ens rationale aliquid agit. *Obiectio*

15

jectivum dicitur, si ratio suff. cur Ens agat, sita fuerit extra Ens, Subjectivum vero si in ipso Ente.

Cum itaque ratio suff. cur Deus revelationem dederit continetur in bonitate Divina (Coroll. §. 19.) sequitur bonitatem Divinam esse motivum Subjectivum, cur Deus revelationem dederit; & cum miseria hominis sit ratio suff., cur Deus revelationem dedit (Coroll. §. 19.) seqvitur illam esse motivum Objectivum, quia non in Deo, sed extra Deum, puta in homine, sita est.

Et cum motiva sint rationes suff. cur Ens aliquod agat, patet Deum etiam (quoniam ab motiva egit per priora demonstr.) habuisse rationes sufficientissimas cur revelationem dederit; quod etiam summa illius sapientia fudetur.

¶ XXI.

Historia cum veteris tum recentioris ævi refert, quatuor a multis retro seculis per orbem dispersas viguisse religiones, puta, Gentilem *Mahomedanam*, *Judaicam* & *Christianam*, quarum singulæ revelationem quandam venditant.

¶ XXII.

§. XXII.

Criterium est nota, qua rem ab omnibus aliis rebus dignoscere & distingvere possum. Et est vel Apodicticum vel Probabile. Apodicticum est nota characteristica rei alicujus intrinseca, ut ejus oppositum salva re adesse nequeat; vel si mavis, Est nota desumpta ab essentia & attributis rei. Probabile cuius oppositum salva re adesse potest.

§. XXIII.

Criteria vera revelationis investiganda sunt si certo dignoscere voluerimus Revelationem Divinam a Revelationibus falsis.

Dem. Cum revelationes plures existant (§. 21.) & illæ sibi invicem contrariari ferantur; quod in sequentibus luculentius examinatum ibimus; consequens est omnes non posse esse veras; necessarium itaque est, ut ope notarum characteristarum, quibus vera revelatio a falsis distinguitur inquiramus, an aliqua, vel quænam earum vera sit? Nota vero characteristica unde dignoscere rem possumus dicitur Criterium. (§. 22.) E.

Patet autem illam revelationem vere Divinam esse, evi omnia genuina criteria, quæ sane ratio evidenter docet, competunt; cui vero repugnant falsam.

XXIV.

Vera revelatio non debet contradicere sanæ rationis principiis. Ex experientia.

Dem. Cum Deus sit summe perfectus, nihil perfectionibus suis contrarium facere potest; & cum auctor sit tam revelationis quam rationis, lequitur illum non aliquid affirmare potuisse in ratione, quod in revelatione negaret, & vice versa. h.e. quod notitiae e principio rationis vel revelationis haustæ non possint esse contradictiones sibi invicem oppositæ; quod si aliter esset, aut Deus imperfectionis esset arguendus, quod sc. vel erraverit, vel mortales decipere voluerit; aut etiam duo repugnantia pro veris simili habenda essent, quorum istud perfectionibus Divinis, hoc vero principio contradictionis repugnat. Nihil ergo aliud superest, quam ut tuto concludamus, veritates revelationis nec debere nec possis veritatibus rationis contradicere, si revelatio vere Divina erit.

Schol. i. h. l. obl. Revelationem nec quoad litteram, nec quoad consequentiam contradicere rationis utriusque enim horum locus relinqueretur idem sequeretur absurdum.

Schol. ii. Cavendum autem est ne pro ipsius revelatione habeatur, quod non est nisi interpretis

explicatio vel commentum. Qvamvis enim revelatio
cipia veritatis ratione detectis repugnare nequeat, sic
tamen potest, ut ratio sana explicationi ejusdem
revelationis repugnet, si falsam pro vera inter-
pres amplexus fuerit. 2. Ne pro veritate ratio-
nis habeatur, qvæ talis non est, sed tantum
placitum cuiusdam Philosophi; Nihil enim frequentius
accidere videbis, qvam ut placitum unius vel alteri-
us Philosophi pro veritate rationis, & qualiscunq; pro-
batio, qvæ nulla tamen ratione rigorem demonstra-
tionis sustinet, pro demonstratione venditetur. Tali-
bus ingenii humani commentis contradicere posse re-
velationem veram sponte largimur. 3. Ne pro con-
tradictione vera habeatur qvod non est nisi apparens.
Apparentes enim inter rationem revelationisq; con-
tradictiones, salva utriusq; veritate, esse posse, ut se-
alio respectu revelatio afferat, qvod alio neget ratio,
vel alio revelatio neget, qvod ratio afferat, non diffi-
cilemur. Qvin etiam antequam aliquid pro contradictio-
ne declaremus, magna cautione eas ob causam o-
pus est, qvod, dum in revelatione vera veritates supra-
rationem adesse debent, fieri possit, ut notionibus ea-
rum adæquatis careamus. Sed defectus illarum efficit,
ut, an, qvæ nobis talis esse videtur, vera contradic-
tio sit, dignoscere, intellectum nostrum transcendat. vi-
de hac de re Carpovii Theolog. Dogm. Cap. I. Prelim.
De rev. in genere pag. 22. Sch. 2.

Schol. 2. Qvod si ratio fidei adversa foret, tum qvæ-
dam Philosophi theses invicta demonstratione nixa,
minicis veluti cornibus configerent cum Theologis
capitibus; possent igitur duas theses sibi mutuo con-
tra-

eralicentes esse simul veræ; quod prima omnis huma-^{ti}
næ Divinæque cognitionis fundamenta penitus everte-^{re}
ret; fieri igitur non potest, ut veritas a ratione dece-
cta contraria sit ulli veræ revelationis articulo. Ipsi-^{ce}
namque cendocemur usū , aquam aquæ simillimam esse;
quamvis altera cœlo velut immediate d'pluit, altera
autem ex fonte hauriatur subterraneo. Surroga si pla-^{ce}
cer in locum aquæ pluvialis scripturæ placita divini-^{te}
tus inspirata, in vices vero aquæ ex scaturiginibus tel-^{le}
luris haustæ , veritates per naturam notas, & justa non-^{ce}
latebit similitudinis applicatio. Præterea sensuum in-^{ce}
religionis caussa haud plane nullum subsidium est; qvi-^{ce}
quid sacra de Messia actis & n. uniis Tabellæ docent, qua-^{ce}
sui partem maximam, ex eorundem testimonio p'ndet.^{ce}
Quem autem fugit rationem in Philosophicis sensuum
nisi testimonio? Rerum enim singulatum, a sensibus
repræsentatarum similitudines obseruat ratiō, d'ragit
nexus, judicat, pronunciat, exq; prioribus novas elicit ve-^{ce}
ritates. Quæ omnia si revelationi adversari, vel tantum
ex parte repugnare possent, profecto nec fides tutar
sensibus tribueretur, qvorum occasione se ratio exerce-^{re}
coepit. Qvam vero id periculosem sit dictu, ne-^{ce}
mo vel obiter sacrarum literarum cognitione imbutus
penitus ignorat; nisi forte is, qvi cum Dan. Hac-^{ce}
dibilitatis, qvæ revelationi ab extra inest, fun-^{ce}
damenta laxare in animum induxit suum. Cet-^{ce}
te si naturalis ratiocinandi facultas te movet, ut
fidem inter & rationem statuas esse pugnam, cur non
eodem argumento inductus, sensuum testimonia pro
religione facientia damnas? etenim qvin facultates
sunt, nemo mortalium negavit unquam. Plura qvi hac

de re legere desiderat, inspiciat Cantzii usum Phil. Leibn.
& Wolff. in Thicolog. Cap. i. pag. 7. seq.

§. XXV.

Veritas absolute necessaria est, cuius oppositum
simpliciter est impossibile; seu est eiusmodi
veritas, qua nullo modo aliter esse potest. E. g.
Veritas necessaria est, quod bis 2. sint 4. quod
circulus sit rotundus, quia illorum oppositum
est impossibile; veritas vero contingens est, quod
sol luceat, & ignis urat.

§. XXVI.

Revelatio vera non contradicit veritatibus ne-
cessariis, aliquando tamen contingentiis.

Dem. Qum veritas necessaria tantum unico
modo sit possibilis, ita ut oppositum nec ad-
mitat, nec admittere possit; (§. 25.) ideo,
si revelatio admitteret oppositum veritatum ne-
cessariarum, tum vel auctor revelationis impin-
geret in princip. Contr. vel revelationi ipse error
osset tribuendus; quod utrumque tum perfe-
ctionibus Divinis, tum etiam hypothesi nostrae
repugnat, qva supposuimus revelationem esse
veram (§. 23.) & cum ratione convenientem
(§. 24.).

Con-

Contradicere autem potest veritatisbus contingentibus. Cum enim veritas contingens ita uno modo determinata non sit, quin possit res sub hac vel illa conditione aliter esse habere, fieri potest, ut revelatio tradat veritates contingentes, ubi res sub hac conditione aliter esse habeant, quam sub alia eas se habere ratione cognoscimus; hinc diversus respectus tollit contradictionem, h. e. contradictionem non adest vera, sed tantum apparens.

Sch. Veritatem contingentem statuimus (§. 25.) esse, quod ignis urat, si nemo relinquitur in virtute sua naturali; hinc contradictione est tantum apparens, non vera, si revelatio tradat ignem aliquando non usuisse ut, e. g. Dan. 3. 25. Ponamus enim Deum virtutem ignis naturalem aliquando cohibuisse, certe sub ea conditione, quam maxime possibile fuit ignem non urere.

§. XXVII.

Vera revelatio debet tales tradere veritates, quae aliunde cognosci nequeant.

Dem. Quid homines sint miseris (§. 7.) & miseriariam removere non valent propter ignoscentias.

rantium carum veritatum, in quibus ratio suff. est, cur miseria actu a nobis removeri possit; atque haec tales tradat veritates §. 12. §. 18. Consequens est, veritates illas, quas revelatio tradit, a ratione, & experientia cognosci nequivisse, quia eo in easu homines miseriam ipsius eatenus avertire potuerint; quod §. 6. repugnat, & cum nec ratio adesseret suff. cur Deus hominibus dederit revelationem, quod tam demonstravimus §. 20.

§. XXVIII.

Revelatio debet veritates continere, que nostram perennem felicitatem promovere possunt.

Dem. Cum revelatio sit medium avertendi miseriam nostram §. 12. §. 18. & misericordiae remissio sit medium obtinendi felicitatem perennem §. 10. sequitur revelationem quoque esse medium quo felicitas perennis obtineatur, seu quod idem est, in revelatione contineri tales veritates, quae rationem suff. in se continent, cur felicitatem perennem obtinere possimus.

§. XXIX.

Revelatio vera non debet sibi ipsi contradicere
Dem.

Dem. Si revelatio contradiceret sibi ipsi, ita ut in uno loco affirmaret, qvod in alio negat, tum homines incerti forent de veritate ejus, cum veritates contradictoriae esse nequeant; neque tum finis revelationis obtineri posset, qui est remotio miseriae nostræ; ut raceam, qvod hoc ipsum esset auctori revelationis, Deo, dignissimum, cum ejus perfectionibus repugnaret; consequens ergo est, revelationem vere Divinam sibi nec ipsi contrariam esse non posse.

§. XXX.

Revelatio vere Divina debet tradi modo Deo digno.

Dem. Qvum Deus sit Ens perfectissimum (per prin. Theol. Nat.) non potest aliud velle, qvam qvod perfectionibus ejus dignum & convenienter sit, (p. prin. Theol. Nat.) atqve cum Deus sit auctor revelationis, revelatio quoqve modo perfectionibus illius summis digno hominibus tradi debet.

§. XXXI.

Veritas supra rationem esse dicitur, qua ex principiis rationis cognosci nequit; & sensu latiori appellatur mysterium. Veritas vero con-

³⁴
tra rationem est, qua principiis rationis repugnat.

§. XXXII.

Vera revelatio debet mysteria continere.

Dem. Cum vera revelatio debeat tales tradere veritates, quæ ex principiis rationis demonstrari nequeunt. (§. 27.) & cum veritas supra rationem dicatur, quæ ex principiis rationis demonstrari nequit, (§. 31.) sequitur revelationem continere debere veritates supra rationem; veritas vero supra rationem sensu latiori dicitur mysterium (§. 31.) E.

§. XXXIII.

Medium reconciliationis cum Deo, est id, quod in se continet rationem suff. cur Deus, propter peccata iratus, favens nobis redditur. Cum ira Dei cesset, si miseria nostra removatur §. 9. & cum miseria nostra consistat in transgressione legis naturalis (Coroll. §. 7.) h. e. in inconvenientia actionum cum attributis Divinis & nostra rerumque extra nos natura Coroll. §. I conseqvens est, ut, si miseria removebitur, etiam convenientia actionum nostrarum cum attributis Divinis restituatur & cap-

15

rundem intrinseca bonitas nos ad agendum determinet; sed quoniam Deus hoc facto placatur, sequitur medium reconciliationis consistere in eo, quod priorum erratorum damna removet & nos aptos reddit ad promovendam actu convenientiam actionum cum attributis Divinis & ad agendum pro actionum honestate, seu rationem suff. monstrat, cur homines talia praestare valcent.

§. XXXIV.

Vera revelatio debet exhibere medium reconciliationis hominis cum Deo.

Dem. Quoniam revelatio continet medium, quo miseria nostra avertitur (§. 18.) & remissio misericordiae est medium avertendi iram Dei (§. 10.) sequitur revelationem continere debere medium avertendi iram Dei; medium vero est id, quod in se continet rationem cur ira Dei avertatur; seu cur Deus favens nobis reddatur, id vero quod continet rationem, cur Deus favens redditur, dicitur medium reconciliationis hominis cum Deo. *E.* Revelatio debet continere medium reconciliationis cum Deo.

D

§. XXXV

§. XXXV.

Miraculum est effectus, qui rationem suffici-
entem in rerum natura non habet.

§. XXXVI.

Vera revelatio miraculis est confirmanda.

Dem. Quoniam revelatio continet veri-
tates supra rationem (§. 32.) h. e. tales, quæ
neque ratione nec experientia humana cognos-
sci queunt. (§. 27.) necessarium est, ut illi,
qui revelationem sibi a Deo immediate datam
hominibus alius manifestant, alia ratione, ho-
mines de veritate possint convincere; nudis e-
nim verbis eorum nemo fidem adhibebit; ex-
positi enim sunt homines periculo errandi; &
assensum tamen præbere debemus revelationi,
si finis revelationis obtinendus erit, jam vero
cum miracula sint effectus, qvorum ratio suffi-
cientia fundatur in rerum natura; Consequens est
ea a nomine alio quam solo Deo præstari pos-
te; & cum homines debeant habere notas
characteristicas, qvarum ope cognoscere possint
veritates illas supra rationem profectas esse a
Deo, si alias assensum iis præbebunt; necesse est
ut ipse Deus illorum verbis, qui revelationem

Divi-

22

Divinitus acceptam reliquias annunciant; fidem conciliet, atque de veritate doctrinarum super rationem auditores convincat; quod antequam cognita veritas vim internam exerceat, non nisi miraculorum ope fieri potest; huc vero sunt criteria, quorum ope homines possunt distinguere opus Divinum ab humano, ut assensum praebere possint veritatibus supra rationem. Vera igitur Revelatio miraculis est confirmanda.

Schol. Quid heic affirmamus veram revelationem miraculis esse confirmandam, id non ita explicandum, ac si statueremus Deum in actu revelandi vires naturae non adhibere, sed omnia fieri debere per miracula; principium enim rationis suff. habet, Deum in actu revelandi vires naturae adhibere in quantum fieri potest; namq[ue] si Deus in actu revelandi ea etiam miraculose præstaret, quæ naturaliter fieri possunt, miracula cum ederet superflua, h. e. sine ratione suff. recederet ab ordine a se instituo; quod cum Deo indignum sit, nihil aliud restat, quam ut Deus in tantum vires naturae adhibeat in quantum id fieri potest.

Schol. 2. Idem etiam dicendum esset, si quis postularet, ut revelatio jam introducta & conservata miraculis confirmaretur; cum enim Deus superflua miracula non edat, nova exspectanda non sunt, ubi priora ad convincendos homines sufficiunt.

§. XXXVII.

Vera Revelatio debet esse tam antiqua ac miseria huminum. D2. Dem.

Dem. Qyoniam Deus est Summe bonus & misericors , etiam vult omnium hominum miseriā avertere , adeoque nullum in genere discrimen facere potuit in respectu ad tempus , inter homines miserios qui prius vel serius vixerunt ; & cum Deus voluerit miseriā eorum avertere (§. 15.) necesse est ut media quoque huic fini convenientia voluerit ; medium vero avertendi miseriā est revelatio (§. 18.) E. cum Deus ab eo inde tempore , quo miseri facti sunt homines , voluerit avertere eorundem miseriā , necesse est medium eam avertendi extitisse . E. Revelatio est tam antiqua ac miseria hominum h. e. antiquissima .

Schol. Elegant r admodum observat Celeb. Carpol. in Theol. Dogr. pag. 18. ad antiquitatem veræ revelationis non requiri , ut ratione formæ sed materia sit antiquissima ; non enim opus est , inquire , ut revelatione vera semper in eadem forma inter homines extiterit , sed veritates ejus primarias semper hominibus qvoad illarum cognitionis indigi fuere cognitas sufficie sufficit .¹⁴

§. XXXVIII.

CRITERIA , quæ hoc usque tradidimus Apodictica sunt h. e. talia , ut si illis Revelatio careret Divina esse non posset , sed falsa , spuria & seppositoria .

Dem.

Dem. Qvum Criterium Apodicticum sit il-
lud, cuius oppositum salva re adesse nequeat (§. 22.)
cum etiam in superioribus demonstratum sit,
criteria a nobis allata esse talia, ut Opposita eo-
rum in Divina revelatione adesse nequeant;
inde etiam concludimus hæc ipsa criteria Apo-
dictica esse; itaque, si hæc criteria in hanc vel
illam revelationem non quadrant, tuto tum
concludere possumus, eandem Revelationem non
esse Divinam, cum omnis res per sua criteria
cognoscenda & ab aliis distingvenda sit §. 22.

§. XXXIX.

Illa Revelatio vera est, cui criteria ante demon-
strata competit.

Dem. Cum qualibet res per sua criteria a-
gnoscenda & distingvenda sit §. 22, sine dubio
illa Revelatio vere Divina erit, cui omnia ve-
rae revelationis criteria competit.

§. XL.

Sed curta mea suppellex & rerum necessariae
rum inopia, qua nimium quantum premor,
plura in amplissimo hocce argumento perseQUI
hac vice prohibet; reliqua, si Deo visum fuerit

&c

& rerum ita tulerint vices ad partem reservam
mus posteriorem. Preinde vela contraham ne
forte frequentiores & æstuantes undæ provectionem
in altum tenuem frangant ratem. Equum interim
B. L. judicium mihi pollicor, suplexque tandem
Deum. T. O. M. veneror, humillimas & im-
mortales ei agens gratias, qvod mihi vires &
valetudinem concesserit, ut primitias hæc ju-
veniles in publicum edere
potuerim.

S. D. G.



Monsieur,

Bien que la Sainte Ecriture, soit un des principaux dons, que Dieu nous a fait, & qu'on n' trouve la disposition Divine, touchant notre beatitude éternelle; il y a des hommes qui ne se contentent pas, qui on leur disent que la Sainte Ecriture, est la parole de Dieu. Ce sont des gens qui n'ont point d'autre religion, que la naturelle. Quoi qu'en vain; Car si ils s'appliquoient à propos, & si leur Theologie naturelle étoit reduite à son véritable but: C'est à dire à la recherche de la Theologie révélée; Certainement ils s'apercevraient tout à l'instant de leurs fautes & erreurs. Car la vraie révélation ne nous enseigne pas des choses, qui soient contraires à notre raison, quoi qu'elles soient au-dessus de la portée de la raison humaine. C'est pourquoi pour entendre la vérité révélée, il faut même la pousser par les principes de la raison. Monsieur. C'est ce, que Vous faites dans la présente dissertation: en sorte, que je n'ai point besoin d'en faire aucun détail, parceque Vous en faites un si beau & si docte, qu'on peut dire, que L'ouvrage montre son ouvrier. C'est pourquoi je souhaite de tout mon Coeur, que votre pénible travail soit bien-tot récompensé. Le Vous félicite de vos belles qualités, & de vos progrès dans les sciences. Ce que Vous donnez au public, est un sujet d'admiration pour Vos ennemis, & un soulagement contre Votre pauvreté. D'ailleurs je suis,

Monsieur,

Votre très obligé serviteur
HENRI HYLLEIN
Natif. d'Abo.

Ðannenrotwotus Hywin oppinelle Herralle
 Herr CARL FRIEDRICH MOLLERUXELLE,
 Toca Turun Yli Schoulusa
 Vyh n Namatun oikeista Tunnusmerkeist 
 Surella Cunnialla Satteli.

Osc nytt eulen yst vist n
 Tuutustani parhaisti yhden
 Cunnias sures seisowan;
 Vyh n sanan oikeisti merkisi,
 Lohdin kyll  sano t rkisi,
 Varhain caikisi puhewan,

H n on Caickein riekaia rinnas
 H n on w lkipitten kimpalla
 Jokens yl s hakenut,
 H n on aiwan suress tuseall
 H n on tyhienden pussalla
 Jokens micher saastanut.

T t  en m  Ihmestell 
 Mahtaa, en t rjoitella
 Silliz Ty  sen todista,

Euinga h n on w reybes
 P iv nsw tt n si weydes;
 S t en mahtaa mainitta.

Wan ett aika omhi l rck 
 Min m  rienn n, et m  l rcl n
 Oane ille wiwttan
 Jok nytt Oppenitien lugus
 Juttelevi t t ll  Turus
 Min cuiu mies; ej wiwttans.

Onnes sis andajalba
 Olkon Is ld Jumalalba
 Ty h n hywin aliettung
 Oane ille jok on alk n
 Ty h n hymen, sakon valkan
 Herrala ylh ld iuvattan.

CARL GUSTAF MELART OPOEUS
 aufr. finl.

Dissertationis hujus egregiae Authori Praestantissimo

Dn. CAROLO FRIEDERICO MOLLERO^o

Prout illi homines sunt nullius pretiis, qui potius corpore se han-
nunt ignorantiae seu, quam ut intellectum, tamen summa-
mum rerum Conditor, infinitam sciendi cupidinem inesse volueret,
scientiam humano generi & necessariam & utilibus excolerent; ita
e contrario illi, laudabili instituto, sese omnibus bonis communi-
carent, qui nebulae innati luminis splendorem misere obscuran-
tes omni nisi dispellere studarent. Nostra namque natura conve-
nientissimum est, ut illam, ad quam, a prima creatione des-
simati sumus, sedemur perfectionem; sed quomodo queso, di-
cam illam, qua ad perfectionem & beatitudinem iter, aquis pa-
ribus insistere possumus, nisi mentem solidam cognitione imbua-
mus, ut animus deinde, iis deliciis quasi ebrius, ad fontem so-
niorum veritatis b. e. ad ipsum Creatorem ascendere arque ele-
vari possemus. Et hae est ipsa via scientie, qua, rite perspecta,
non patet non, omnes, quibus virtus & eruditio cura cordia-
que fuerit, in admirationem & amorem sui rapere arque im-
pellere. Valida rationes, Politissime Domine, me dubitare non
frunt. Te etiam hinc dolosum captum, praesentem dissertationem
publica lucis fecisse; in qua, ex veritatis ratione, aureo
quasi, vinculo concatenatis, certitudinem demonstras revelatio-
num, qua est mirabilis illa via, qua regredi & possumus & deo
benius ad fastigium illud ex quo delapsi sumus; Quod Tuum
laudabile prorsus est institutum, cum argumenta ex ratione de-
prouia, maximi ponderis sint contra nefariorum quorundamque
dominum insultus. Proinde igitur officii metu immemor jure exar-
istimarer, si latitiam, quam de hinc Tuis progressibus conce-
pi, hac occasione reseram non redderem. Graculor iraque in-
dussum, in nobili perrallanda miseria. Graculor insigne
in Palladis easbris navarum operum. Opto etiam, ut summus
fatorum Rex, Tibi eo missora post hanc concedas fata, que mea
cessit.

leffiori experimento bue usque fortune novercantis incommoda
sensisti: Est hæc conditio mortalium, ut aduersa ex se-
cundis, ex adversis secunda nascantur. Ad postremum i-
usque ut patria sive emolumento, Parentibus solatio, agnatis &
cognatis gaudio, & omnibus denique bonis commodo, est quod
sincera opeat & uovet

LAURENTIUS FORSTEEN.

Charissime Praeceptor

Praconens studiorum Tuorum agere inanum prorsus esse
duco; Quid enim opus est verbis ubi rerum testimonia
adstant; testimonium namque perhibet efficiacissimum presens
dissertatio, quam tandem multis licet afflito calamitatibus
in lucem edere publicam licuit; hinc cum letitia quam de his
scie tuis progressibus cepi, intra arctissimos pectoris cancellos
coerceri non posset, & verba desint, quibus mentem since-
ram commode exprimere possem & deberem, bue lineas ingra-
tissimi animi documentum, ut benevole respicias, est, quod
iterum iterumque rogo. Quippe qui Tibi insignes & felices
progressus gratulor; gratulor labores & operam literis nava-
gantibus; gratulor mibi informatorem perindustrium ac solertia-
mum, qui per aspera ad astra, per labores ad honores per-
tinaciter contentus. De cetero largiatur Tibi Preceptor
charissime D. T. O: Maxima omnia & que optari poterint &

Discipulo obedientissima
Hans Joachim Wittstock.